




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

pu

A° 1650 contat f 1-5-0

J. Meyer Constanter

Schultes v Kampsfortuna

Coll. compl.

85.-

Copy from the library
of Const. Huygens.
with autogr. sign.

586037

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

a.b.k.g.+.

Ex dono Dni Jacobi
De Witte Col[?] Tolani
nunc Hulstani. 1643

Jan Tuyl van [illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Liber hic est inter raros
v. D. Clement Bibliotheque Curieuse T. IV. p. 393

Adhaeret
Ejusdem Catalogus & brevis historia Pontificum Ultrajectensium & Antistitum Egmondanorum etc L. B. 1586. de quo v. D. Clement Bibl Curieuse T. IV. p. 394
Ejusdem Historia & genealogia Brederodiorum illustrissimae gentis Hollandiae L. B. 1587. de quo v. D. Clement l. c. p. 395.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

CATALOGVS, GENEALOGIA, ET BREVIS HISTORIA, REGVLORVM HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ ET FRISIÆ.

Item,

Alia quædam huc spectantia.

P. Cornelissonij Bockenbergij Goudani.

- V. Barkey

Prouerb. 16.

Verbosus separat Principes.

LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officina Ioannis Paetsij.

Anno M. D. LXXXIIII.

Kw 393 J 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Plutarchus in
moralib.

QVi in eadem vehuntur naui, & in ijsdem militant tentorijs, sese mutuo ferãt oportet: Sic qui versantur in republica. At in conuiuijs non idem est necesse; Nam illis periculum est commune, Hic non item.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

AMPLISSIMO SENATVI, OPTIMOQ. POPVLO GOVDANO.

P. Cornelissonius Bockenbergius Goudanus. S. D. P.

CVM EA QVÆ MIHI CVM CÆTEris necessaria est consuetudo, & studij mei ratio, quam vehemētissimè flagitarēt, VIRI AMPLISS^i. vt vigēte ætate, laborum meorum fructum aliquē aucuparer; præcipuè mihi in mentem venit, ea quam Cicero ex Platone scitè in medium attulit sententia: *Non nobis solū nati sumus: Ortusq. nostri partem Patria vendicat; partē parentes; partem amici*: quæ tanti mihi semper visa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

eſt eſſe momenti, vt optimo licèt honeſtiſſimoq.apud externos, & a nobis longè remotos Populos haberer loco, quicquid in me probari experiebar ingenij, quicquid ipſe in me ſenſi viriũ, hoc tamẽ antiquæ omnium noſtrum Parenti, Patriæ, & Popularibus potius, quam Extraneis, (quorũ ęmulationes ſæpe atroces & periculoſiſſimæ ſunt) dedicare maluerim. Sed graue impedimentum, ab annis iam aliquot, honeſtis conatibus, communis Belgij attulit calamitas: quæ tametſi nõdum videatur ſublata, temporis interim diuturnitate aliquantulum mitigata, aut ſanè mihi viſa tolerabilior, nunc eò proficiſci me, poſt peregrinationem memorabilem permiſit, vnde in gratiam Veſtram, apud quos non ingrata Maiorum adhuc reſtat memoria, non modò ſinè prçſenti periculo, ſed etiam

cum laude aliqua & fructu, commodissimè insinuari me posse nõ dubito. Quid enim mihi non suadet, eximia Amplit^is. V^æ. Clemẽtia & Humanitas? quib. post varia præsentis tempestatis pericula, tanta tamq. insignis iuncta est Prudẽtia, tanta tamq. laudãda Moderatio, vt ijs Resp^ca. iucundiss^e. efflorescẽs, nũc domi forisq. nõ minus passim cẽseatur & prędicetur beata, quam olim, cum pietate, legibus, & negociatione, inter alias Hollandiæ Vrbes, GOVDA (quasi Chrysopolis) habebatur commẽdatissima. Domum igitur allectus, vbi feriatum me quiescere tempus, & mutatus tam publicus quam priuatus rerũ status, aliquamdiu hortabãtur; cũ primũ ad Musas redij, nihil habui potius, nihil antiquius aut sanctius, quã Patrię, (quæ nõ modo ortus sed etiam incremẽti nostri post Deum, primas

 sibi

ſibi optimo iure partes vendicat)cum ſtudijs & officijs debitè quoad poſſem, meipſum impendere. Euoluiq. nuper (vnde auſpicandum videbatur) Hollandiæ noſtræ, Prouinciæ Nobiliſſimæ & Cultiſſimæ, confuſos, ac variè multarum rerum narratione, ſæpèq. hiſtorijs alienis interruptos, & indignè neſcio quorum iudicio olim diuiſos annales: Quos (quaſi benè de Communi Patria merendi occaſionẽ nactus)cum in cõmodiorem, tũ etiam in gratiorem ordinem redigere vehementer auens, intellexi ſtatim, Viros aliquos, & Genere & Eruditione Clariſſimos, huic negocio magna cum laude,ſummaq. omnium expectatione, gnauiter operam ſuam impendiſſe, atque etiam nunc quam diligẽtiſſimè impẽdere. Nihilò interim ſegnior, quo maiori & mea & aliorum vtilita-

te, lectio tam grata efflueret, obiter tãtum, CATALOGVM, GENEALOGIAM, ET BREVEM HISTORIAM, REGVLORVM HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ, ET FRISIÆ: *Itẽ, alia quædam huc ſpectantia*; cõſcripſi: Exiguum fateor, ſi (reb. omiſſis) folia tãtum numerentur, opuſculum, ſed cum ea habeat compendio declarata atque expreſſa, quæ doctis aut Illuſtribus Viris, annalium ſtudioſis, tantam ferè Rerum Illuſtrium afferre valent lucem, quantam, quæ magnis illis voluminibus immixta, difficilè admodũ, vel ab ingenioſis prima ſtatim fronte inueſtigari, nedũ memoriæ tradi poſſunt; non tam exiguum, quam vtilitate magnũ, Ingenuo beneuoloq. lectori fortè videbitur. Hoc nunc, qualecunque tandem cenſeatur, Amplitudini Veſtræ, veluti ſpecimen aliquod, meę ergo Patriam obſeruantiæ, de-

 miſſè

missè offerendum, & qua decet animi integritate dicandum duxi; vt alijs perpetuò tantò sit charius, quantò suffragijs vestris probandum spero impensius. Valete Viri Amplissimi: eoque quo ingenii Ciuium Vestrorum partus excipere & fouere soletis animo, etiam mea prosequi atq. amplecti, Patriæ oblata studia, ne grauemini. Leydę, ipsis Martinalib. siue Pithœgijs. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo tertio.

Amplit[us]. V[æ].

Officiosiß[mus]. Ciuis.

P. Cornelissonius Bockenbergius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

RERVM ILLVSTRIVM STVDIOSO.

EN quisquis es Rerũ illustriũ studiosus, ILLVSTRISSIMORVM PRINCIPVM Hollãdiæ, Zelãdię & Frisiæ, Genealogiam, Coniuges, Liberos, Bella, Mores, Vitam, Funera, Mausolea, ac res denique maximè memorabiles, hactenus molestis tantũ voluminib. inclusas, nunc in gratiã Tuam in lucẽ editas. Sed vereor, ne a maleuolis (qui nusquã desunt) hoc, tã imperitorum quã doctorũ ore tritum; Dũ breuis esse volo, obscurus fio; mihi temerè pro labore ac studio, obijciatur: Euenit enim plerumq. vt quæ arctè inter se cohærẽt, & artificio quodam orationis (indoctis nõ satis vsitato) connexa sunt, tenebris quibusdã obtecta videantur. His Tua velim sese opponat auctoritas & beneuolẽtia, cui

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

nõ erit ingrata spero, laconica vbique ferè imitata maiestas. Alijs Regulorũ numerus contractior, quã passim extat: Plurib. numerorũ vbiq. præmissorum ratio, non satis fortè probabitur, ac multis alieno in opere improbè curiosis, alia interdũ displicebũt; sed neq. temerarios, neq. improbos omnes tã pertimesco, quã doctis atq. ingenuis hoc meo qualicunq studio, placere aut satisfacere magnopere laboraui. Vnũ tantũ, idque serio, de numeris, addendum. Cum enim a Theodorico Primo, vsq. ad Philippũ Tertium, Anni dũtaxat numerẽtur. 686. admonẽdi sunt, qui Annos singulis Regulis tributos, ad calculos fortè exactissimè reuocabunt, eos simul collectos, Denario excedere. Annales enim sequutus, qui nullã mẽsium faciũt mentionem, plenos etiã eos feci annos, a quibus (si de temporis exactissima illa ratione cõstitisset) sepe menses nõ pauci erãt detrahẽdi. De Numeris igitur,

sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

ſic habeto; Primus, Annũ quo quiſq. Princeps imperij ſui habenas primò accepit, Alter, quo reliquerit, Tertius, quot Annos (quantum verisimile eſt) eas ſeruauerit, aut iure ſeruare debuerit, oſtendit. Exempli gratia;

.I.

THEODORICVS PRIMVS.

Anno	Anno	Annos
.863.	.903.	.40.
Hollandici Dominatus Habenas accepit.	Imperio accœpto, aut vita, defunctus.	circiter, Dominatus eſt, aut dominari debuit.

Illuſ-

Illuſtrium & Nobilium Dominorum, quorum paſſim in Hollandiæ Annalibus mentionem factam inueni, Cognomina.

Abcoude.
Adrichom
Aemſtel.
Akerſloot.
Altena.
Alkemade.
Ameyde.
Arckel.
Aſperen.
Aſſendelft.
Bakeneſſe.
Banyaert.
Beets.
Benthem.
Benthuſen.
Binchorſt.
Bloot.
Blomeſteyn.
Boetſelaer.
Boeckhorſt.
Boeckel.
Botterſloot.
Borſelen.
Brederode.
Brigdam.
Burch.
Butterman.
Caſtrichom
Cats.
Cortegheen.
Cralinghen.
Cronenburch.
Gruyninghen.
Cuyck.
Donghen.
Doortoge.
Dorp.
Dronghelen.
Duyuen.
Duyuẽuoorde.
Egmont.
Egmondelf.
Elſhaut.
Foreeſt.
Geeruliet.
Goude.
Groteuelt.
Haemſtedẽ.
Haerlem.
Haeſtrecht.
Haghe.
Harmelen.
Harneſberghe.
Heechuyſen.
Hennenberch.
Heemſkerck.
Heeſbeen.
Heyligheloe.
Hoochmade.
Hoeclom.
Hoochtwoude
Hodenpijl.
Iſelſteyn.
Kuſer.
Kijfhouck.

Lan-

Langeraeck.
Lecke.
Lederdam.
Leyenburch.
Liethen.
Liesuelt.
Maertẽsdijc
Matenesse.
Merensteyn.
Merwen.
Mere.
Minden.
Monster.
Naeldwijck.
Naghel.
Noortwijck.
Oesterwijc.
Oudshorne.
Persijn.
Poelgheest.
Polanen.
Poskijn.
Putten.
Raephorst.
Renesse.
Reynegom.
Rode.
Ruuen.
Ruysch.
Rijswijck.
Sassen.
Sassenhem.
Scaghen.
Schoonhouen.
Scoten.
Scoennouwẽ.
Schotlant.
Seuenbergen.
Seuenter.
Sibburch.
Slinghelant.
Sluyse.
Soetermeer.
Spaengen.
Spiering.
Spijck.
Strenen.
Swieten.
Teylinghen.
Tolle.
Treslong.
Valkẽburch
Veer.
Veen.
Velsen.
Vianen.
Vliet.
Voorburch.
Voorhout.
Vooren.
Vuyren.
Warmont.
Wassenaer.
Wateringhe.
Weendt.
Wis.
Woert.
Woerden.
Wijck.
Zanen.
Zijl.

Scio longè plura Nobilißimorum Virorum & de Repubca. bene meritorum Cognomina huc referenda; Sed hi ferè sunt, quos olim apud Principes Hollandiæ floruisse, ipse cum Annales euoluerem, alijs grauiorib. intentus, obiter tantum adnotaui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

BREVIS

CATALOGVS

Regulorum Hollandię, Zelandiæ, & Frisiæ, cum discretione Gentis aut Familiæ, vnde proximè oriundi.

Loco indicis præmissus.

Ioan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Seneca. L. 5. Epistolarum. Epist. 44.

PLato ait; Neminem Regum nõ ex seruis esse oriundum: Neminem non seruum ex Regibus. *Omnia ista longa varietas miscuit, & sursum deorsum fortuna versauit. Quis ergo Generosus? Ad virtutem bene a natura compositus. Nõ facit Nobilem, atrium, plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit nostrum est. Animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione, supra fortunam licet surgere.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

CATALOGVS, GENEALOGIA, ET Breuis Historia Regulorum Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ.

P. Cornelissonij Bockenbergij Goudani.

.I.

AQVITANIS *Principibus oriundi.*

.863. .903. .40.

Anno 863.

THEODORICVS PRIMVS, Sigisberti Principis Aquitani filius; Anno à Christo Seruatore nato Octingentesimo Sexagesimotertio, cum simul multis in locis, Romani Imperij, Galliarũq; fines, ab hostib. non commodè satis vindicarentur, Nortmannique cum Danis, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, & cum primis pietati Christianę, Hisce Oceani litoris

DIDERICVS, *filiorum natu minimus, Alter maior natu,* walgerus, *Comes erat Teysterbandiæ, cuius hæc ad veterẽ vsq; mosam erãt præcipua:* Tiel/Bommel/Arkel/Hoesdẽ/Altena/Vianen/Culenburch/Bueren/Lederdam/Asperẽ/Hoeclõ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Prouincijs, recens traditę, maximè essent infesti, quod inuicto erga Religionis hostes, cum Patre sæpe decertasset animo, nihilque haberet potiùs, quam animi parto robore belloq; Christi Religionẽ augere atque defendere, Ioannis Pontificis Max. amicorumq; Nobilissimorum rogatu ac studio, à Carolo Imperatore (cognomento Caluo:) Rege Galliarū, Comitijs Bladelę in Brabantia celebratis, Primus Hollandię & Frisiæ Regulus declaratus, renuentibus Hollandis, armata ab ipso Imperatore manu (non sine cruenta hostium strage) in Hollandiam vsque deductus est.

Ioannis 8.

Tot Bladell.

Non multo post, cum de exigendo nouo iam Principe, inter Hollandiæ & Frisiæ Optimates consultari sensit, quo præclarius se, Dominationemque susceptā magnificentius tueretur, in Franciam ad Carolum reuersus, Imperatorioque potentissimè reductus exercitu, coniurationis & rebellionis capita, inspectante plebe, obtruncari iussit.

LVDOVICVS *Caroli Calui frater.*

Anno inde Octingentesimo Sexagesimo octauo, beneuolētia Ludouici Regis *Ann.* 868

Regis Germaniæ, factus etiam Zelandię Dominus, varijſque annos quadraginta clarus prælijs, ex Gena Pipini iunioris filia, Theodorico relicto hęrede, pridie Nonas Octobr. Anno à Chriſto nato Nōgenteſimo tertio, paucis ante Vxorē mēſibus Egmondę, in monaſterio, (quod in D. Adelberti memoriam fundauit) ſepultus.

Zelandia, tſo reeſt van Walſda.

PIPINVS Caroli Magni filius, Rex Italiæ.

Fundauit Egmondæ Benedictinis Virginib. ligneum Monaſterium, quod à Friſijs incēſum, Theodoricus filius, Viris eiuſdē inſtituti, Frēſiorū impenſis, magnificentius erigi iuſsit.

.I I.

.903. .988. .85.

THEODORICVS SECVNDVS, Theodorici Primi filius, nec pietate, nec bellica induſtria, Patre inferior; Friſios imperium eius detrectantes, Alcmariamq. & Egmondēſe Monaſterium incendentes, potentiſſimè bis armis ſubegit. Nortmannis, Daniſq. ſemper infenſus, Imperatorib. Auguſtis, & cūprimis Othoni Tertio, (cuius beneficentia ampliſſimis agris

priuilegijſq. potitus eſt) erat commendatior.

HYLA. Ex Hildegarde Ludouici Regis Galliarum filia, liberos ſuſcepit: Egbertum Preſulem Treuirenſem, Arnoldum Regulum Heredem, & Adelheydem forma commendatiſſimam. ERLINDIM.

Octoginta & quinq. annos magnificè potitus rerum, Anno à Chriſto nato, Nongenteſimo Octuageſimo octauo, circa Nonas May, (paucis poſt Hildegardem ſeptimanis) decrepita ætate, in Egmondenſi Monaſterio, (quod à Friſijs inexpectata crudeliq. incurſione (vt ligneũ erat) facilè incenſum atq. euerſum, maximis Friſiorum impenſis, iterũ à fundamentis ex viuo lapide longè ſplendidius, erigi iuſſerat) Procerum & Aulicorum ſolenni pompa ſepultus.

.III.

.III.

.988. .993. .5.

ARNOLDVS, Theodorici Secundi filius, Ex Lutcharde Imperatoris Græcorum filia, ſuſcepit, Theodoricum Regulum Hæredē, & Ziphridum, (ex quo Brederodij) Cunemariæ Præfectum.

ARNVLPHVS, fauente Othone 3. Hollandiæ, Zelandiæ & Friſiæ Dominatum, hactenus inter Francica beneficia, deinceps Imperij beneficium fecit.

Annos quinque à morte Patris, cum Occidentalib. Friſijs deficiētib. certans, tandē Vincelmadæ, cū magna cruentaq. Præfectorum, Nobilium, & gregariorum militum clade, Anno Nongentesimo, Nonageſimo tertio, 16. Cal. Octob. cæſus, in Egmondenſi Monaſterio (quod magno cenſu ditarat) incredibili cum omnium luctu, (vt Pientiſſimus & ſuis acceptiſſimus erat) tumulo mandatus,

Anno 993.

LVTCHARDIS vel LVTCHARIS, Cōſtantinopolitani Imperatoris, Theophanis filia, Vxoris Othonis. 2. Soror.

Tot Wynkelnade.

.IIII.

.993. .1039. .46.

VITILHILDIS, *quæ (non Græcorum Imperatoris sed) Reguli Austriæ filia progenita est.*

THEODORICVS TERTIVS, Arnoldi fililus; Vitilhildi Othonis secundi Imperatoris filiæ, matrimonio iunctus, filios habuit: Theodoricũ Regulum Hæredem, & Florentium Oriẽtalis Frisiæ Dominum.

Adelboldus 19. Antistes, qui Anno 1015, Augustissimũ Templum Traiectensium extrui iußit.

Tusschẽ Bodegrauẽ eñ Swamerdam.

D. Henrici. 2. Claudi.

Fertur cælitus audita vox, fugite, fugite, fugite, qua consternati Hollandi,

Paternam cædem, & Occidẽtalium Frisiorum rebellionem, principio dissimulans, Adelboldum Frisium, Traiectẽsium Antistitem, Eorum partes strenuè fouentem, Hollandiæq. Dominatũ immodicè affectãtem, Anno Millesi- A. mo, cruento prælio, multisq. primę no- 10 bilitatis Viris cæsis, bis vicit, & captiuũ duxit. Inde à Traiectensib. Pontificeq. reportato triumpho animatus, imperatoriaq. D. Henrici manu adiutus, in Frisios rebelles expeditionẽ parat, Quib. (ancipiti licet primum marte, & veluti numine quodam contrario, vt aiunt, certauerit) insigni clade cõfectis, magnifi-

nificèq. ſubactis, Religionis ergo Hieroſolymam proficiſcitur. Reuerſus & pace iã ante parta, diu fruitus, Anno Millesimo Trigeſimo nono, (qui Sextus erat & Quadrageſimus ſuſcepti Imperij) Sexto Cal. Iunij, fato cedens, ad Egmõdenſe Tẽplum, quod more auorũ piè locupletauerat, funebri põpa delatus.

Anno 1039

in fugam acti ſunt. Adelboldus vero Antiſtes forte præſens ad Friſios elapſus eſt.

.V.

.1039. .1048. .9.

THEODORICVS QVARTVS, Theodorici Tertij filius, Cælebs; Nono Dominationis anno, decurſu equeſtri, haſtaq; ludicra, Leodij (quo Principes animi cauſa cõuenerant) cõcertans, inopinato ac dolendo caſu, duorũ Prę ſulum, (Colonienſis & Leodienſis) Germanum fratrem, tranſfixit. Rei euentu commoti alij, & Theodoricũ inſequuti, inter alios duos eius Nobiles Equites occiderunt; Theodoricus iniuriæ impatiens cũ primũ Dordracũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

venit, Coloniensium & Leodiensium naues incendit; Mercatores & quos reperijt hostium Ciues, magno ære redimendos in carcerē coniecit; Hostesque non multo post, Dordracensiū quorūdā perfidia, Vrbē ingressos, insigni virtute (cū promiscua multitudine, quadringentis Nobilib. Viris fædè trucidatis) ex tempore exegit. Incautus postridie plateatim obambulās, & parta victoria, ab hostium strage forte respirans, nihilq. hostile iam pertimescens, (vico cæde eius nobilitato, & cui à Regulo nomē) ab hoste latitāte, venenato telo confixus; Anno Millesimo Quadringētesimo octauo, Idib. May, more Maiorum sepultus Egmondæ.

Des Grauē Straetken.

.V I.

.1048. 1062. .14.

FLORENTIVS PRIMVS, Theodorici Tertij filius, frater Theodorici Quarti; Gertrudi, Heymanni Saxoniæ

HEYMANNVS, vel HERMAN.

niæ Reguli filię, matrimonio iunctus, ſuſcepit Theodoricum Regulum Hæredem, Adelbertum, Florentium, & Petrũ, Leodij Auguſto. D. Lamberti Collegio aſcriptos, & formę eximię Machtildim, Philippi Regis Galliarum Coniugem.

NVS, aut vt alijs placet Heimus frater Henrici tertij Imperatoru.

Philippi Primi.

Præſules Colonienſium & Leodiẽſiũ, Regulũ Brandenburgẽſem, Alioſq. minores Principes & Regulos coniuratos, excidium Hollandiæ minitantes

Anno 1058 ac moliẽtes, (Anno Milleſimo Quinquageſimo octauo, die D. Odulpho ſacro, Sexagintaſex millib. ſimul cũ Leodienſium Antiſtite, Alijſq. non paucis Illuſtrib. Viris occiſis, multiſque Regulis, & Equitib. Nobilib. captis) (inſigni vſus aſtutia) à ceruicib. ſuorum prouidè auertit.

Cæſa, aut puteis occultatu abſorpta. 66. millia. Alij fuga elapſi ſunt.

Anno 1062 Quadriennio inde euoluto, Colonienſium Antiſtitem, Regulum Brandenburgenſem, Alioſq. prioris fœderis coniuratos, acceptę cladis vindictam ſpirãtes, Hollandiamq. populabundos, & iam paſſim incendia miſcentes, ex tempore egregio collecto exercitu, potenter

tenter quoque ſuperauit, & cõpeſcuit. Sed poſt victoriam (fortuna Triumphũ Principi inuidẽte) in Pago Hemertino, animũ iam laxante exercitu, Moſa Vahaliq. incluſus, forteq. ſub ſalice ſomno pomeridiano ſopitus, Hermanni Cuyquẽſis (fuga antè ex pugna elapſi) inſidijs, dum acies vndiq. diſperſas colligere temporis & loci anguſtia minimè permitteret, ſimul cum bis mille ſexcẽtis, indignè occubuit.

Tot Hemert by Huesden. Tusschen Maes en Waell.

Graef van Cuyck.

Decimo quarto Dominationis anno, ad Egmondenſe Regale Monaſterium, (quod annuo quoque auxit cenſu) ſolennibus iuſtis delatus.

.1062. .1075. .14.

A Morte Florẽtij, vxor eius GERTRVDIS, nomine Theodorici, Prouincias adminiſtrãs, anno luctus euoluto, Optimatum cõſenſu, ROBERTO FRISIO, Roberti Pij Reguli Flandrię filio nupta, liberos ſuſcepit: Philippum bona ætate vita defunctũ, Robertum Friſiũ iuniorem,

ROBERTVS, à Friſijs ſubactis, vulgo Friſius dictus, Caſletiĩ in Ædis D. Petri Crypta, magnificè ſepultus.

rem, à morte Patris Flandrię Regulum, Adelheydem, Canuti, Daniæ, & Norvegiæ Regis coniugem, Gertrudem Alſatiæ Regulo nuptam, & Mariã virginem Religioſam, Meſenenſi Monaſterio apud Flandros Præpoſitam.

ROBERTVM interim, iuſtè Theodorici Dominationem ad tempus ſeruãtẽ, GODOFRIDVS GIBBVS, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Ardennæ Regulus, (à Guilielmo Traiectenſi Pontifice excitus) Anno Milleſimo Septuageſimo primo, grauiillato bello, cum Coniuge & liberis eiecit; Qui tyrannide inde tamdiu potius eſt, quam quadriennio poſt, Autuerpiæ, à Theodorici legitimi Reguli ſeruo, aluum purgãs, haſta per ſedẽ adacta, fędo & lethali vulnere. 5. Cal. Martij. Traiecti ad Moſam occubuit.

GOTHIPHRÆDVS *qui Delphos condidit.*

Anno 1071

1075

Tot Maeſtricht.

.V I I.

.1075. .1092. .15.

THEODORICVS QVINTVS, Floren-

Florentij Primi filius; Godofrido ſublato, Roberti vitrici fortitudine, & multorum bellica induſtria, maximè vero ſuorum fauore adiutus, (debellatis ad Iſelmondã Traiectenſib. Caſtroq. Iſelmondano ſimul cum Conrado Pontifice capto) Prouincias dum tenera erat ætate, tyrannicè occupatas, facilè recuperauit.

Friſios vtroſq. mordicus imperium eius renuentes, (iam aliquoties à Maiorib. condonata Gentis inconſtantia) vt grauiori animaduerſione dignos, Hyeme duriſſimo anni tempore, cruento & funeſto bello, contriuit & domuit.

Fertur, durante bello, oẽs cuiuſcunq; ſexus, annũ duodecimũ egreſſos, aut occidiſſe, aut comprehenſos tenuiſſe.

Poſt bella grauiſſima triumphãs, fauſtis cum Vitilhilde Frederici Principis Saxonũ filia, celebratis nuptijs, Florentium Regulum Hæredẽ, & Machtildim Principem Aurelianenſem ſuſcepit.

OTHILDE.

Aulercorũ Principis uxorem.

Anno à Chriſto nato, Milleſimo Nonageſimoſecundo, qui decimus & quintus erat ſuſcepti imperij. 15. Calẽd. Septemb. ritu Auorum in Egmõdenſi tẽplo (quod Priuilegijs & opib. quoq. auxit) conditus.

Anno 1092

VIII.

.VIII.

.1092. .1123. .31.

FLORENTIVS SECVNDVS, (cognomento Craſſus) Theodorici Quinti filius; Vir magnus & elegās, ſtudioſus pacis, nulli ingratus, Omnib. & præcipuè afflictæ fortunæ ac miſeris percharus; indole, pietate, fortitudine & opib. Illuſtriſſimis Maiorib. prælucens, ex Petronella Theodorici Reguli Saxoniæ filia Pientiſſima, liberos habuit: Theodoricum Regulum Heredē, Florentium (cui Nigro cognomē) Cunemarie, Præfectū, Simonē, & Hedvidim Geldrenſi Principi nuptam.

PETRONELLA Lotharij 2. Imperatoris Soror, quæ Reynſburgenſe Monaſterium condidit, ibiq; An. 1144. circa 10. Calēd. Iunij ſepulta eſt.

Friſios Occidētales quietis impatiētes, & more ſuo deficientes, agrorū depopulatione, alijſq. atrocis belli incom modis, (paulò ante, occultis eorū propè ſuperatus inſidijs, multiſq. præclaræ
Anno 1118 nobilitatis viris fœdè amiſſis) eo cōpulit, vt graui ſtipulatione, & literis de inuiolabili ſeruādo fœdere datis, nunquā

ſe in

ſe in poſterum Hollandiæ Regulo, rebellaturos iurarint.

Magna cum laude, vnum ſupra Triginta annos dominatus, à vita ſanctè & honeſtè acta diſcedens, Anno Milleſimo Cētesimo Vigeſimotertio Sexto Nonas Martij, Egmondæ, iuſtorū regia pompa, apud Religioſos, quorū agros fructuſque more Maiorum adauxerat, terræ redditus. *Anno* 1123

.IX.

.1123. .1163. .40.

SOPHIA, *tertio Hieroſolymam profecta, ibidem in Germanico Xenodochio ſepulta.*

THEODORICVS SEXTVS, Florentij Secūdi filius; Ex Sophia, Othonis Comitis Palatini Rheni filia, liberos habuit: Florentium Regulū Hæredem, Othonem Benthemij Comitē, Balduinum, Theodoricum, Traiectenſes Pontifices, & Peregrinum; Item, Sophiam Fōtanellę Virginib. Prefectam, Hedvidim Virginem quoque Sacram, & Petronellam forma venuſtam.

Pelgrijm/ Burch-graef.

Anno

Anno 1132 Anno Millesimo Cētesimo Trigesimo secundo, Frisios rursum rebellātes, (vt auus Theodoricus) brumali tēpore cōscripto exercitu, victos coercuit.

Traiectenses (quod Othonem Benthemij Comitē (Othonis Comitis Palatini Rheni filium) tenerēt captiuum) maximo, & fortissimo exercitu cingēs, Omnib. trepidantib. & iam deditionē meditātib. (Dum Herebertus Pontifex, infula cæterisque Pontificiæ dignitatis ornamentis, cum solenni Sacerdotum ordine, sacrisq. insignibus prodit) Pius Princeps, religione commotus, Othone tātum recepto, imbelles milites, obsidione ac pæna liberauit.

Hic Comitatus post mortem filij, Palatini, Othoni, filio Theodorici cessit.

Anno 1138 Anno Millesimo Cētesimo Trigesimo octauo, pietatis ergo Hierosolymā, & (anno sequenti domū rediturus) Romam profectus, Egmondæ & Reynsburgo, Augustissimis Hollandiæ Monasterijs, Priuilegia impetrauit amplissima.

Anno 1163 Anno à nato Seruatore Millesimo Centesimo Sexagesimo tertio, Nonis Augusti, Quadraginta annos, benè feli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

liciterque gesta repub. atque ætate decursa, Egmōdę ad Auos, lugente pompa sepultus.

.X.

.1163. .1190. .27.

FLORENTIVS TERTIVS, Theodorici Sexti filius; Ex Ada, Hẽrici Regis Scotiæ filia, suscepit Theodoricum Regulum Hæredem, Guilielmum Orientalis Frisię Dominum, Florentium Maximo Collegio Traiectensi Præpositum, Beatricem, Elisabetham, Adelheydem, & Margaretam Reguli Cliuiæ coniugem.

Domproost van Sinte Martijns T'wtrecht.

Frisios Occidentales (Reb. Traiectensibus compositis) Anno Millesimo Centesimo Sexagesimo sexto, Alcmariam incendentes, & Cunemariæ triẽnio infestos, tandẽ coercuit: Thesselam, Viringiam, Fliam, notas Insulas, inter alia pacta, acceptis aliquot argenti modijs, subegit; Valachriam, iamdudum

An 116

Alcmaria iam tertio, a Frisijs incensa.

Thessell. Wiringen. T'flie.

Balduinus Barbatus 9. Flandria Regulus,

dum

dum Maiorib. ereptã, à Philippo Flandriæ Regulo recuperauit.

Anno 1180 Anno Millesimo Centesimo Octuagesimo, magno conscripto exercitu, cum Flandrensi Regulo, Hierosolymam à Saracenis vindicãdam profectus, & prælijs vsus secundis, decennio Anno 1190 post, Antiochiæ, (vt creditur) morbo correptus, interijt. Ibidẽ in Sacra D. Petri Æde, posteaquã annos viginti septem, potitus est rerum, terræ redditus.

circa annum 1007. ab Henrico Imperatore, contra Priuilegia Theodorico Primo concessa, Valachria, Alijsque Zelandiæ Insulis donatus, Quadringentorum propè annorum dissidij, ac multorum bellorum caussa, Hollãdis Flãdrisq; fuit.

.X I.

.1190. .1203. .13.

THEODORICVS SEPTIMVS, Florentij Tertij filius; Adelheydẽ, Theodorici Reguli Cliuiæ filiã, in matrimonio, & ex ea Adelheydem, (Henrico, filio Reguli Geldriæ nuptam) & Adam (Lossensi Regulo datã) habuit. ALEIDIM. Graef van Loon.

Anno 1195 Anno Millesimo Cẽtesimo Nonagesimo quinto, fratre eius Guilielmo, Occidentales Frisios in Hollandiam, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Balduino Flandrię Regulo, Flandros in Valachriam excientib. Adelheydē coniugem, iusto exercitu Frisijs, se Flandris opponēs, Prouincias egregiè propugnauit, & gemino hoste liberauit.

Anno Millesimo Cētesimo Nona- *An.* 119
gesimo sexto, Othonem Geldrię Regulum, ad Heymanni montem commisso prælio, in fugam cōpulit: Nobiles eius Equites, cum præda manubijsque captiuos duxit.

Hactenus, quādiu scilicet Regulis. Egmonda iusta soluta, tādiu Egmonda, Eorum Sepulchris clara, tādiu Eorum cēsib. maximè aucta fuit.

Alijs etiam Prelijs Clarus, decimo & tertio Dominationis anno, Dordraci decedens, ob Adæ Nuptias à Matre intempestiuè procuratas, Egmondę, An-
no Millesimo Ducētesimo Tertio, nul- *Ann* 120
la cum pompa humatus.

.XII.

.1203. .1204. .1.

ADA, Theodorici Septimi filia; inuitis Optimatib. Ludouico Regulo Lossensi nupta, primo imperij anno, à

rio, à Guilielmo Patruo bello victa, &
in Thesselã honestè relegata; non mul- In Thessel.
to post, (nulla relicta sobole) Middel-
burgi, magnificentissimè sepulta.

.XIII.

.1204. .1223. .19.

GVILIELMVS PRIMVS, Florentij Tertij filius, frater Theodorici Septimi; Oriẽtalis Frisię Dominus; Ada & Lossensi Regulo, graui & ancipiti bello victis, fauente Equestri cum Optimatum ordine, beneficio Frederici Secundi, Imperatoris, Hollandię, Zelandię, & Frisiæ Dominatum obtinuit.

Anno 1195 Hic, Frisios, Anno Millesimo Centesimo Nonagesimo quinto, in Theodoricum Septimum instigans, à Theodorico captus, & elapsus ad Othonem Geldrię Principẽ, filiam eius Adelheydẽ duxit in matrimonium: Suscepitq; Florentium Regulum Heredem, Othonem Pontificem Traiectensem, Theo- Alijs, VVilhelmum Cunemariæ Præfectum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

doricum Hollãdię Pręfectũ. N. Reynſburgenſi Monaſterio Prępoſitam, & Richardim Delphiam.

Richardis, Anno 1255. Coninxfeldenſe Monaſterium condidit, prope Delphos.

Mortua Adelheyde, Marię Edmondi Lancaſtri Reguli filię, legitimè iunctus, ſpe liberorum fruſtratus eſt.

Edmondus, filius Henrici Tertij.

Graues cum Traiectenſi Pontifice, & Traiectenſib. geſſit inimicitias, At ijs tandem depoſitis, alterum ſe Theodoſium Pontifici exhibuit, & vel rigidè imperãti magna animi demiſſione paruit.

Harlemenſiũ (vt fertur) vſus induſtria, Heliopolim expugnauit.

Vulgo Damiatam.

Decem & nouẽ annos potitus rerũ; An. Milleſimo Duceteſimo Vigeſimo tertio, vita cũ morte cõmutata, Reynſburgi in vno cum Adelheyde Coniuge buſto, funebri pompa repoſitus. *Anno 1223*

.XIIII.

1223. .1235. .12.

FLORENTIVS QVARTVS,

Guiliel-

Guilielmi Primi filius, corpore valido & peruenusto; duxit in matrimonium, Machtildim, Henrici Lotharingiæ & Brabantiæ Reguli filiam; genuitque ei: Guilielmum Regulum Hæredem, Florentium Hollandiæ Præfectum, Adelheydem Hannoniȩ Principem, & Margaretam Hermanni Comitis Hennenbergensis Coniugem, Trecentorum & Sexaginta quinque liberorum, portentosam & iam vbique celebrem parentem.

Hæc Loosdunē- ſe Monaſteriū fundauit, vbi anno 1267, ſepulta eſt, præclara apud Poſteros Sanctitatis relicta memoria.

Alijs Machtildis; vna cum toto partu, Looſduni ſepulta.

Equeſtri concertatione & haſta, inter Principes longè præcipuus, à Claremontenſi Principe, Vxoria Zelotypia temerè accenſo, dum haſta ludicra, Princeps Generoſus, & Omnibus cha-
Anno rus, magna cū laude, Anno Milleſimo
1235 Ducenteſimo Trigeſimo quinto concurrit, ſpurcè perfidioſèque ſublatus: Poſteaquam annos Duodecim rexit Prouincias, Reynſburgi mandatus tumulo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

.X V.

.1235. .1255. .20.

IMPERATOR.
Lugodini, vel Lugduni Batauorum, vt alijs placet.
Augustissimæ Regiæ, Curiæq; ac Senatus Amplissimi apud Hagenses, Itẽ Sacræ Ædi Dominicanæ Traiecti, Auctor atque fundator.

GVILIELMVS SECVNDVS, Florentij Quarti filius, Leydæ ortus, & sacra initiatus lauatione: Sex annorum post parẽtis intempestiuum funus, D. Patrui Othonis Tertij, Traiectensis Pontificis, curæ demandatus, ac paulatim tam animi quã corporis dotib. magis magisque excellens, cũ ætas tulit, Elisabetæ Brunsvicensis Reguli filiæ, legitimè sociatus, vnicum filium, Florentium, Prouinciarum procreauit Hæredem.

Tantæ virtutis, tantęq. fuit opulẽtię, vt annos natus Viginti, suffragijs Summorum Principum Rex Romanorum electus, Aquenses electioni refragãtes, (dum aggerũ miranda industria, inundationem & Vrbis propè exitium procurat) se magno tandem stipatum exercitu vel cum plausu admittere, suffragariq. coegerit. Itaque celebrem illam Rega-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Regalium Cerimoniarum Officinam, *Aquisgranum.*
Anno 1248 Anno MillesimoDucētesimo Quadragesimo octauo, Victor ingressus, omnium Diuorum solenni festo, Imperij Electorib. & Principib. cū ceteris Germaniæ Regulis presentib. accepto Diademate, alijsque Sacræ M^ts^. insignibus, Prisco Principum Romanorū ritu fæliciter inauguratus est.

Anno 1253 Anno Millesimo Ducētesimo Quinquagesimo tertio, Nigra Margareta Flādriç Domina, Valachriam exercitu (vt fertur) Centum & Quinquaginta miliū Armatorum, terra mariq. magna animi contumacia temerè inuadente, (obuiā mittens Florentium fratrem) tantam tamq. horribilem hostium edidit stragem, vt inter varias ab Hollandiæ Regulis externo Hosti illatas clades, nulla recenseatur memorabilior. Referūt annales, Quinquaginta milia cęsa, Quinquaginta milia aquis submersa, Quinquaginta milia, armis vestibusque clementer spoliata, (Regulis aliquot, cum duob. Margaretæ filijs arctè seruatis) in Flandriam nuda fuisse remissa. *Swarte Griet.* *Ioanne & Guidone.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Imperijs, Hollandię viginti, Romano ſeptem annis, magno omnium fauore functus, Anno Milleſimo Ducẽte- *Anno* ſimo Quinquageſimo quinto, Quinto 1255 Calend. Febr. noua in Friſios Occidentales expeditione educta, generoſi facinoris cauſſa, pernici abreptus caballo, ſciſſa glacie, à Friſijs ex crepidine cannis denſa emergentib. occiſus, & poſt agnitus, priuata in domo clam humatus eſt: Poſtmodũ a Florentio filio erutus, apud Middelburgenſes Regio honoratus Mauſoleo.

Tot Hoocht woude.

.1255. .1271. .16.

A Morte Guilielmi, Florentius frater eius germanus (Florentio Regulo Hærede puſione ſemeſtri, Dominatui nondũ idoneo) triennio Prouincias adminiſtrãs, Anno Milleſimo Du- *Anno* centeſimo Quinquageſimo octauo, dũ 1258 equo haſtaq. animi cauſſa Antuerpiæ decurrit, lethali vulnere ictus, Middelburgum delatus eſt.

Inde

Inde HENRICVS Brabãtiæ Regulus,
Pueri vicesgerẽs, ob aſſeclas importu-
nè laſciuiẽtes tandem indignè pulſus,
OTHONI Geldriæ Regulo, (mordicus
refragantib. Zelandis, & Adelheydem
Principem Hannoniæ præponentibus)
mutuatas ceſſit habenas.

.XVI.

.1271. .1296. .26.

FLORENTIVS QVINTVS,
Anno Guilielmi Secũdi filius; Anno Mil-
1271 leſimo Ducẽteſimo Septuageſimo pri-
mo, Paternam cladem diutius non fe-
rens inultã, Puber adhuc, iuſto exerci-
tu cũ Friſijs temerè cõgreſſus : æquiore
Marte, Anno Milleſimo Ducẽteſimo
Octuageſimo ſecundo, bellum inſtau-
rãs, Patris iamdudum occultatas, mul-
tumq. deſideratas reliquias, Victor ab
Anno hoſtib. vindicauit. Anno deinde Mille-
1285 ſimo Ducẽteſimo Octuageſimo quin-
to, magnis eluuionib. Hollandiæ, Ze-
landiȩ,

landiæ, & Frisiæ agris, diffluentib. Frisios terra mariq; inuadens, prorsus subegit: Subactos, & iureiurando sanctè obligatos, (Castris Castellisq. exstructis,) vel inuitos vectigales fecit.

Medeblic. Enighenburch. Middelburch. Nieuburch.

Frisia pacata, Guidoni Flandriæ Regulo, Valachriam repetenti, bellum illaturus, Ioannis Principis Brabantinorum interuētu, dimissis Ioanne & Guidone Margaretę liberis (funestissimo illo, Anni Millesimi Ducētesimi Quinquagesimi tertij bello captis) ictoq. fœdere, Beatricem eius filiā in matrimoniū duxit; Quę vndecim liberis fęcunda, Superstitem tantum Ioannem natu maximū, Prouinciarum séruauit Hæredem.

Dampetro. Dampier.

Præter Ioannē, omnes iuuenili ætate mortui, & Loosduni sepulti.

Anno Millesimo Ducentesimo Nonagesimo quinto, dum ad Regem Angliæ Eduardum Primum profectus, inter alia de filij sui & Elisabethæ Regis filiæ, nuptijs, inuito Guidone Flandrēsi Principe pertractat, Guidonem magno exercitu Valachriam secundo infestātē, maturato reditu, parua manu magnificè superauit.

Anno 1295

Eduardum Quartum.

In

In Hollandiam reuerſus, Anno Mil-
Anno lesimo Ducenteſimo Nonageſimo ſex-
1296 to, a Gerardo Velſeno, Equeſtris Ordinis Nobili Viro, Quinto Calend. Iulij, (cauſſa corruptę Vxoris) magna diritate, vno & viginti vulnerib. cōfoſſus eſt. Alcmariæ balſamino aliјſque id genus ſtudioſè conditus, ſeruatuſq. aliquamdiu. poſt, Ioāne filio iubēte, Reynſburgi, in eodē cum Beatrice Coniuge buſto, honeſtè ſepultus. Rexit Prouincias, eaſque ab hoſtib. generoſè vindicauit, Annos circiter viginti ſex.

Memorabile: Canes venaticos, ſine paſtu, poſt venatū fatalem a Velſeno procuratum, Principē neque viuū neq; mortuum deſeruiſſe, donec ſolutis iuſtis, violenter à tumulo abacti ſunt.

.XVII.

.1296. .1300. .4.

IOANNES PRIMVS, Florentij Quinti filius: Turbatis Adminiſtratorum æmulatione Prouincijs, Optimatum conſilio & opera, cum Vxore (Eliſabeta Regis Eduardi filia) reductus ex Anglia, & in Patris locum ſuffectus, Vtroſque Friſios, & Traiectēſes

Eduardi Quarti, Qui alijs Primus dicitur.

pristi-

priſtina rebellione inquietos, armis egregiè coercuit.

Quadriennium dominatus, nulla Prouincijs ſobole relicta, Harlemi, Anno Milleſimo Trecenteſimo; Quarto Calend. Nouemb. fato cedens, Reynſburgi monumento & iuſtis decentib. honoratus.

HANNONIIS *Principib. oriundi.*

.XVIII.

.1300. .1305. .5.

IOANNES SECVNDVS, Ioannis Aueniẽſis Hannonię Principis filius; Ex Adelheyde Florẽtij Quarti filia, Nepos Regulorum Hollandiæ, deficiente iam ſtirpe, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ Dominus; ex Philippa Henrici Reguli Lutzenburgenſis filia, ſuſcepit; Ioannẽ Oſteruandiæ Regulum, Guilielmũ Regulum Heredem, Ioannem Bellomontanũ, Henricum, Sacro Cameracenſium Collegio aſcriptum, Margaretam, Adelheydem,

Adelheydis, *Magna Amita Ioannis Primi.*

Maximus natu filiorũ Principis Hannoniæ, Comes erat Oſteruandiæ.

dem, Mariam & Machtildim.

Anno Millesimo Trecentesimo Primo, Ioannem Renesseum Equestris Ordinis Nobilem Virum, Zelādia exegit: Is pulsus, Adelberto Austriaco, Imperatori persuasit, Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ Dominatum, (ab Hannoniēsi Regulo nullo iure inuasum) vt pristinum Imperij Beneficiū, deficiente stirpe, ad Romanum iam reuolutum esse Imperium. Imperatorē itaque cū Moguntiæ, Treuirorum & Coloniensium Pontificib. Alijsq. Germaniæ Regulis, temerè Nouiomagum paruo belli apparatu appulsum, Auenienisis Ioannes, magno instructissimoq; exercitu adeo perterruit, vt propè delusum se à Renesseo ratus, procul in Pannoniam rursum recesserit.

Renesseus ob coniuratā perfidiam, (qua cū Ioanne Brabātiæ Regulo, ioāni Primo insidias struxit) proscriptus, magnam vastitatem Zelandiæ inuexit.

Tot Nimmeghen.

Renesseo nihilominus varia moliēte, nauibus incensis, fusis Copijs, fortunis & agris eius, in perpetuum alienatis, in Hannoniam concedens, filijs, *Ioanni Osteruandiæ Domino, Zelandiam, Guilielmo, Hollandiam & Frisiā concredidit: Qui Ioanne, à Francis occiso,

**Ioānes Osteruandiæ Dominus, quod ferus & immanis esset, Immitis à Renesseo vocatus, inde etiam vulgo,* Jan sonder ghenade, *dictus.*

Anno 1302. Cortraci Prælio Francis funestißimo occisus.

Guido Dāpier.

ciſo, etiam Zelandiæ Adminiſtrator, Anno Milleſimo Trecenteſimo quarto, Guidonem Flandriæ Regulum, Reneſſei item ſtudio in Zelandiam excitum, primum leuiorib. aliquot prælijs oppugnauit & exercuit, deinde Duuelandiam omnem atrocius depopulantem, & Ziriczeam iam tertio, vndique collectis virib. arctiſſimè obſidētē (Philippi Regis Galliarum Claſſe Copijſq; adiutus) cæſis aut ſubmerſis plus * centum Flandrorum millib. cum vndecies centum roſtratis aut magnis nauib. tabernaculiſq. nonaginta, arte pretioque præſtantib. ſimul cum Regulis auxiliaribus Captiuum duxit. An. 13[illegible]

Philippi 4. cognomēto Pulchri Claßis. 350. Roſtratarum aut magnarum nauium.

** Centū Flandrorum millia cæſa referunt Hollandiæ annales, tantuſq; excitatus fertur Virorū clamor & armorū ſtrepitus, vt ad tria vndique miliaria belgica auditus ſit.*

Ipſe vero Princeps reportata tā glorioſa & incredibili, (opera filij) ab infeſto hoſte victoria: Anno Milleſimo Trecenteſimo Quinto, Secūdo Idus Septemb. Quinquennium Prouincijs potitus, exceſſit è vita. Sepultus Valencenis. Ann. 130[illegible]

.XIX.

.XIX.

.1305. .1338. .33

GVILIELMVS TERTIVS, Ioannis Secūdi filius; ob laudatiſſimę indolis excellētiam, Boni cognomen adeptus, Principibuſq. cū primis charus: Ex Ioanna Caroli Reguli Valeſij filia, ſuſcepit, Ioannem, bona ætate mortuum, Guilielmum Regulū Hæredem, Ludouicum iuuenili etiam ætate vita defunctum; Margaretam Ludouici Bauari, Imperatoris Coniugē, Ioannam Regulo Iuliacenſi nuptam, Philippam Angliæ Reginam, & Eliſabetam Virginem.

VVILHELMVS BONVS. *Midelburgi, Collegium D. Petri inſtituit.*

Ioanna *Philippi Valeſij Regis Galliarum, & Caroli Alāconij Reguli Soror.*

Primo Dominatus ſui anno, octo cōtinuos dies, epulū ludoſque Harlemi celebrauit; quo Viginti Reguli, Heroes Centum, Mille Nobiles Equites inuitati, pręter incredibilem Clarorum hominum multitudinem, magnificentiſſimo apparatu & luxu confluxerunt.

20. Grauē. 100. Baroenen. 1000. Ridders.

Paulo poſt Romani Imperij factus

Admi-

ROMANI IMPERII ADMINISTRATOR. Vicarius/ ofte Stadthouder des Roomsché Keyzr.

Administrator, Regum ac Principum graues discordias, qua potuit moderatione sępe composuit.

Rusticano cõquerente, sibi vaccam egregiã, à meridionalis Hollandię Prætore ereptam, aliamque minoris pretij se recepisse obtrusam, Prætorẽ ex Hollandia Valencenas accersitum (aduersa licet affectus valetudine, ipse Carnifici ferrum porrigens) ex tempore obtruncari iussit. An. 13

Toga belloq. Clarus, annos Triginta tres, generosè & magna cum laude dominatus; Anno Millesimo Trecentesimo Trigesimo septimo; Septimo Idus Iunij, Valencenis regio apparatu, terræ redditus. An. 133

.XX.

.1338. .1345. .8.

GVILIELMVS QVARTVS, Guilielmi Tertij filius; Primo anno imperij, instructissima classe, magnoq; delectu

Anno 1338 delectu comparato exercitu, Regi Hispaniæ, Granatense Regnum (ob Christi Religionem introducendam) ancipiti Marte inuadenti, insignis auctor victoriæ, Donis amplissimis honoratus, Hierosolymam profectus est. Prussiam inde Religioni quoque inimicam, post annos aliquot latè peruagatus, satiatusque manubiarum vi incredibili, (dum Ludouicus Bauarus, cũ magna Pontificis Maximi indignatione, parũ pro Christianæ Reipub. salute molitur) Coloniam Agrippinam reuersus, vno Principum Electorum, & Regulorum Germaniæ consensu, oblatum Romanũ Imperium, magna ac singulari animi constantia, suscipere recusauit.

IMPERIVM ROMANVM, RECVSAT.

Fertur eduxisse, Regulos 14. Heroas quos Barones vocãt 52. Nobiles Equites, bis mille & 800. Gregarios Centum & Quinquaginta mille.

Anno 1345 Anno Millesimo Trecẽtesimo Quadragesimo quinto, Traiectenses ob acceptã iniuriam bis prælio vincens, postremo etiam Vrbem eorum obsidione pertinacius premens, eo adduxit, vt inter alias Pacis conditiones sancta stipulatione latas, pedib. & capitib. nudis Vrbe egressi, supplices pro illata iniuria veniam deprecari coacti sint.

500. Ciues ad Principis Tabernaculum egressi supplices.

D Eodem

Eodem anno, Sexto Calend. Octob. maximo suo & suorum malo, cum Frisijs Orientalibus ad Stauerenum congressus, fœdè toto disperso ac cæso exercitu, etiam ipse (eo quo Reguliius dicere soliti erāt loco) generosè decertās, (quod Antesignanum Ducemq. multum desideratum pugnando occidisset) capite truncatus, & inter alios abiectus, imprudenterq. relictus, decimo vix die inuentus, Floricampum delatus est. Post ab Adelberto Regulo, Anno Millesimo Trecentesimo Nonagesimo sexto translatus Valencenas.

Staueren. *Orientalis Frisiæ Nobilissimū olim Emporiū.*

Tot Flozēcamp / int oude Clooster bi Bolswaerde.

Hic Annos octo dominatus; Nulla (ex Ioanna, Ioannis Tertij, Lotharingiæ, Brabantiæ, Lutzenburgij Reguli filia) suscepta prole: Illustrissimū hactenus, ac maximis victorijs vbique celebrem, Hollandię Dominatum Imperatori Augusto obuenientem, grauissimis factionibus bellisque ciuilibus, multos annos reliquit obnoxium.

.XXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

.XXI.

.1345. .1351. .6.

MARGARETA, Guilielmi
Quarti Soror, Ludouici Bauari,
Imperatoris Vxor, imperiali iure auc-
toritateq. Hannoniç, Hollandiç, Ze-
landiæ, & Frisiæ Domina; Non multo
tẽpore dominata, Prouincias Guiliel-
mo filio tradidit; quas mortuo Impera-
tore repetens, Anno Millesimo Trecẽ-
Anno 1350 tesimo Quinquagesimo, Asellinorum
& Hamatorum factionib. ansa fuit fu-
nestissima. Asellini, (ab Asello pisce
nomen sortiti) Mulieris imperium; Ha-
mati, (ab hamo (quo scilicet asellus ca-
pitur) sic dicti) Guilielmum aspernati
sunt. In Valachria igitur Anno Mille-
Anno 1351 simo Trecentesimo Quinquagesimo
primo, instructissimis vtrinq. congressi
copijs; Hamati cum Duce sua Guiliel-
mum Asellinosque superarunt; Guiliel-
mus profugus, vndique magno delectu
ac diligenti conquisitione fortissimo

Tres filij Margaretæ, Primus Guilielmus: Alter Adelbertus: Tertius Ludouicus.

Houck ende Cabbeliaus partie.

Lepida allusiõ: quomodo Asellus minores pisces deuorat, sic Asellini Aduersarios se absumpturos iactitabãt: Contrà, Alij, quo modo Asellus hamo capitur, sic se Asellinos capturos gloriabantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Tusschē dē Briel ende T'sgraues-sande.

conſcripto exercitu, ad Moſam paulò poſt cruentiſſimè pugnans, Matrem in Angliam vſque profligauit. Tandē pace conciliata; Hollandiæ, Zelandiæ & Friſiæ Dominatus filio, Matri Hannonia ceſſit: Quę mutatis cum filio vicib. ſex propè annos moderata Prouincias, poſtea quinto Hannonicę dominationis anno deceſſit. Sepulta Valencenis.

BAVARIS *Principibus oriundi.*

.XXII.

.1351. .1358. .7.

MENTE CAPTVS. *vulgo*, de dulle Graef.

GVILIELMVS QVINTVS, Margaretæ, & Ludouici Bauari, Imperatoris filius; Dux Bauarię, Comes Palatinus Rheni, Hollandiæ, Zelandię, Friſiæ (& mortua matre) Hānonię Dominus: Anno Milleſimo Trecenteſimo Quinquageſimoquinto, temerario quorundā ſuaſu, Ioanni Arquelio Traiectenſi Pontifici, Bellum indicens (cū Pōtifex virib. & copijs deficeret) ad Vicodurum collocato exercitu, bonam

Vā Arkel.

Tot Coten/ by Wijck.

An 135

Tra-

Traiectensis agripartem depopulatus, & leuiorib. aliquot prælijs tantum cõmissis, in Hollandiam reuersus est. Traiectensib. post menses aliquot, ob iniuriã cademq. acceptam, Hollandiã igne ferroq. inuadẽtibus, fędere excogitato, prouidè bellum omne diremit.

Anno 1358 Anno Millesimo Trecẽtesimo Quinquagesimo octauo, ab epulo & ludis Eduardi Tertij liberalitate in Anglia celebratis, ad suos reuersus, incidit in insaniam.

Creditur diuinitus punitus, quod Matri atrociter rebellarit.

Doctorum & Prudentium pręclarus fautor, annos septem (etiam horrendis factionib. flagrantib. Prouincijs) magna cũ laude dominatus, inde Adelberto fratre eius Dominatum administrãte, annos propè vndeviginti, in Regia Hagensi, & aliquamdiu in Hannonia seruatus, Machtilde Lãcastri Reguli filia, Vxore sterili, relicta superstite: Anno Millesimo Trecentesimo Septuagesimo septimo, mortem obijt. Sepultus Valencenis.

Anno 1377

A Kenault.

Quadriennio post, Reynsburgi humata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

.1358. .1377. .19.

GVILIELMO neque mentis neque imperij amplius compote, acrius rurſum Partes gliſcere: Aſellini, (ſuperiorib. annis Margaretæ infenſi) Machtildi; (Guilielmi Cōiugi) Hamati, Adelberto (Fratri eius germano) ſuffragati ſunt. At Hannonijs cum Hamatis conſentientibus, maximè quod Mulier nō fæcunda Dominationi conſeruandæ minus cōgrueret, ADELBERTO Regulo futuro, ſanioris partis ſuffragijs, Prouinciarum adminiſtratio primum demandata eſt.

Delphenſes Adelberto in Zelandia agente, Polanen & Binchorſtū, arces nobiliſſimas funditus euerterūt: Perfractis hagæ Carcerib. Principis Captiuos, ſecum Delphos abduxerunt.

Op Heymans Berghe.

Is fratris Vicarius, Anno Milleſimo An
Trecenteſimo Quinquageſimo nono, 135
Delphenſes rebelles, obſidione vincēs, muros eorum funditus euertit.

Eduardo Geldriæ Regulo (quod e Geldria profligatos Viros aliquot Nobiles, in Hollandiam & clientelā ſuam admitteret) bellū temerè indicenti, nec ſtatuto loco cōparenti, (inflammatione, euerſione, ac depopulatione, vaſtitatem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

tatem, agris, pagis eius ac villis, longè latèq. inferens, ac præda manubijſque magnificè triumphāte exercitu) Anno millesimo Trecentesimo Sexagesimo secundo, icto fœdere, Catarinam filiā, (matrimonio nondum idoneam) cum primum nubilis foret, addixit Vxorem.

Anno 1362

Anno Millesimo Trecētesimo Septuagesimo quarto, vario euentu, cum Traiectensib. summę nummarię caussa aliquoties congressus, & Castellis aliquot vtrinq. expugnatis & oppugnatis, iustam tandē pecuniā accipiens, pacę & venia datis, ab armis discessit.

Anno 1374

.XXIII.

1773. .1404. .27.

ADELBERTVS, Margaretę filius, Guilielmi Quinti frater: Ex Margareta Brigiæ Reguli filia, liberos suscepit; Guilielmum Regulū Hæredē, Adelbertum Nubingæ Dominū, Ioannem Leodiensem Præsulē, Catarinam

ALBERTVS *Boiariæ Princeps, Regulus Palatinus Rheni, &c.*

Brigia *vel Briga, Poloniæ Ducatus.*

Ioānes, *Electus Præsul Leodiensis.*

Eduardo, Geldriæ & Zutphaniæ, & (eo mortuo) Guilielmo, Geldriæ, Zutphaniæ, & Iuliaci Regulo datam; Ioannam Venceslao, filio Regis Bohemiæ, Margaretam Ioanni Burgundię Regulo, itẽ Ioannam Adelberto Regulo Auſtriæ, nuptas.

MARGARETA *Mater Philippi Primi, Burgundi.*

Cum poſt mortem Margaretæ Brigiæ, ſecundis nuptijs cum Margareta Adolphi Cliuiæ Reguli filia celebratis, (ob Præcipuos Clariſſimoſq. Aulæ Viros (quorũ opera * concubina ferebatur ſublata) inuito Guilielmo filio proſcriptos) capitali odio, Anno Milleſimo Trecenteſimo Nonageſimotertio, cum filio diſſideret, ac igne ferroq. arces Proſcriptorũ inuaderet, Guilielmus ad Carolum Sextum, Gallię Regẽ, profugit, vbi tandẽ pręſente Carolo, Anno Milleſimo Trecenteſimo Nonageſimo quinto, Feſto Epiphaniæ, inter Principes ac ſolennes epulas, procurata cærimonia ac verbis diſertis, à Perſona Caduceatoris habitu prodeunte, probri inſimulatus, quod Guilielmi, magni Auunculi cadauer, indignè ab hoſtib. excep-

Mortua eſt anno 1386. Alteræ nuptiæ celebratæ Anno 1392.

* *Adelheydis* Poelgheeſt *Adelberti pellex forma eximia, An. 1392, vna cũ Guilielmo Cuſerio Aulæ Præfecto, in Regia Hægenſi ab Aulicis trucidata.*

A 13

A 13

exceptum, e ditione hoſtili nondũ foret vindicatum, Patrem tantę ignominiæ cũ ſummo dedecore acceptæ, certiorem fecit; itáque communis probri elueudi cauſſa, ſimul redierũt in gratiã.

Anno 396 Anno inde Milleſimo Trecẽteſimo Nonageſimo ſexto, Claſſe Trium Millium magnarum, & Quadringentarũ minorum nauium, Exercitu verò Centum & Octoginta Armatorũ milliũ, in expeditionẽ eductis, Orientales Friſios acerbiſſimis & diuturnis bellis (quod toties abrumperent, quoties plurimo ſanguine icebantur fœdera) caſtigãtes, tandemque in poteſtatẽ ſuam redigentes; Auunculoq. Valencenas regia iuſtorum pompa delato; grauem illam & celebrem contumeliæ notam, tã eluerunt magnificè quam acceperunt.

Hæc & ſimilia, ea fide ſcribo qua legi, fidem enim aliquã facit, quod è Germania, Gallia, & Anglia collectas copias referant annales.

Anno 402 Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Secundo, magnis rurſum conſcriptis Copijs, Ioannis Arquelij Nobilem & peramplum Dominatum, (quod Hollandici Ærarij depeculator potius quã cõſeruator, pecuniarum decennio acceptarum, rationem adferre pertinaciter

ter recuſaret, belloque ſuſcepto Hollandis eſſet infeſtus) Guilielmi filij opera depopulatus, Ipſum inde Arqueliũ, fortiſſimo Gorcomij munitum præſidio, volẽs eſſe ſublatum, præcipuis Prouinciarum virib. Anno ſequenti Oppidũ cingens (filij Ioannis Pontificis Leodienſis, Aliorumque Illuſtrium Virorum rogatu) ſuppliciter egredientem, recepit in gratiam.

Obſidio Gorcomenſis propè trimeſtris.

Septimo & Vigeſimo a morte Guilielmi Dominationis anno, qui quartus erat ſupra Milleſimum Quadringenteſimum, circa 8. Calend. Februarij, iuſtis magnificis, & nobili cũ Margareta Brigia Mauſoleo, in Sacrario Hagẽſis Regiæ (vbi Anno Milleſimo Trecenteſimo Sexageſimo octauo Collegium inſtituit) honoratus. *An.* 1404.

.XXIIII.

.1404. .1417. .13.

GVILIELMVS SEXTVS, Adelberti

berti filius: Bellica virtute, Iustitia & liberalitate cumprimis clarus; Adolescens statura formaque excellens, Mariã Caroli Septimi Francorum Regis, eaq. mortua, Margaretam*Philippi Leardi, Reguli Burgundię filiam duxit Vxorẽ; susçepitq. Anno Millesimo Quadringentesimo IACOBAM Vnicam, Prouinciarum Hęredem.

nno 00

Anno Millesimo Quadringẽtesimo Quinto, (ob violatum ab Arquelio, Ioannis fratris (Pręsulis Leodiensis) suasu cõtractum fœdus) Oppidum Asperense, † Castella Haghensteyne Euersteyneque, obsidione iustoque exerçitu in suam redigens ditionem, antè discedere noluit, quam ea funditus ipse coram demolita videret.

nno .05

Anno Millesimo Quadringẽtesimo nono, pulsum Leodio Ioannẽ fratrem (cæsis plus quadraginta millibus Leodiensiũ, agrisque eorum ac villis vndique depopulatis, ac postremo, Viginti & bis Centum Millium Gallicorũ Co-

nno 09

* *Philippus Leardi, Caroli Sapientis Regis Galliarum frater, Odone Burgundiæ Regulo, nullo Hærede relicto, è viuis sublato, cõtracto cũ Margareta Odonis Vidua matrimonio, beneficio Caroli Regis, (ad quem Burgundicus Dominatus deuolutus erat) Burgũdiæ Regulus euasit: Suscepitque filios; Ioannẽ (Sororis Guilielmi Sexti, Margaretæ Maritum, vnde Bonus ille Philippus Primus) Antoniũ, Brabantiæ Regulũ, Patrẽ Ioannis 4. & Philippum. Filias; N. Leopoldi Austriæ Reguli Vxorem, MARGARETAM Guilielmi Sexti Coniugem, & N. Allobrogũ Regulo Nuptam.*

† *Castellum Euersteyne a fundamentis, muros vero Hagensteynenses & Asperenses, Otho Arquelius Anno Millesimo Trecentesimo Sexagesimo tertio, magnificentißimè erexerat.*

rona-

ronatorũ mulcta, Victis irrogata) pristinæ dignitati restituit.

Anno Millesimo Quadringẽtesimo Duodecimo, finitis inducijs, cum Renoldo Geldrensi Principe, & Arquelijs, ante trienniũ factis, pro pace deinceps constituenda, Gorcomium & Arquelij Dominatum, cum in suam, tam in perpetuam Regulorum Hollandiæ trãstulit potestatem.

Tredecim annos dominatus, ac de Prouincijs bene meritus: Anno Millesimo Quadringentesimo Decimo septimo; Pridie Calẽd. Iunij; Valencenis exequijs, & pompa magnificè sepultus.

.XXV.

.1417. .1436. 19.

Ioannes filius Caroli Sexti, Regis Galliarũ; Delphinus Galliæ.

IACOBA, Guilielmi Sexti vnica filia, forma ingenioque præstantissima: Annos nata quatuordecim, Ioanni Regulo Turonensi in matrimonium data est: quo paulò ante mortẽ Guilielmi

mi Patris venenato thorace, perfidè a familiari e viuis ſublato, nupta eſt Ioanni Quarto, Brabantiæ Regulo, quem ſuaſu quorundam, (violati Pontificij iuris prætextu, quod agnatus eſſet) repudians, Hunfredo Glocestriæ Regulo priuata nupſit authoritate, a quo tandem ipſa repudiata, quartò, occultas cum Frācone * Borſalienſi, Nobili Zelandiæ Equite, Anno Milleſimo Quadringenteſimo Trigeſimo tertio, celebrauit nuptias.

Thorax militaris admiranda induſtria.

Ioãnes 4. *anno.1426. Academiam Louanienſem fundauit.*

Hunfredus, *Henrici Quarti, Regis Angliæ filius, a morte fratris Henrici Quinti Regni Anglici Adminiſtrator.*

* Borſalia *Zuitbeuerlandiæ Zelandicæ inſulæ pars, Anno. 1377. inundata.*

Dominationis ſuæ, Ioannē Patruū, Leodienſi Pōtificatu, Anno Milleſimo Quadringenteſimo Decimo ſeptimo, ſe abdicantem; Repudiatum Ioannem Agnatum, Brabantiæ Regulum; & Potentiſſimum Burgundiæ Principē, Philippum ex Auunculo Nepotem; infeſtos ſemper habuit atque experta eſt æmulos.

Interea Hamati & Aſellini excitati, horrēdis factionibus & odijs perpetuo diſſidentes, inſignis calamitatis anſam, cum Prouincijs, tum ipſi Prouinciarū Dominę ſuppeditauerūt: Hamati enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Iacobæ, Asellini hostibus eius semper auxiliares, infestis passim collatis armis, tamdiu concurrerunt, donec Philippus Burgūdię Princeps, Anno Millesimo Quadringētesimo Trigesimoquinto, Franconē Borsaliēsem cōprehēsum (quod præter pacis cōditiones Iacoba illi matrimonia iuncta esset) non antè dimitteret, quā Nepte annuente, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, & Hannoniæ imperium consequutus. Anno 1435

Franco Borsaliensis, Anno 1418. postquā suasu Goudanorum, pax inter Iacobā & Philippū est facta, Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ Administrator cōstitutus: Anno 1432. Iacobam, (cui inter alias pacis conditiones, etiam nuptiæ erāt interdictæ) clam duxit Vxorem.

Inde potita marito, regno priuata, nulla vnquā suscepta prole: Anno Millesimo Quadringentesimo Trigesimo sexto, Octauo Idus Octob. ex corporis vinculis, varijsq. molestijs, tanquam e carcere liberata; Vndevigesimo a morte Parentis anno, Hagę in Aulę Sacello, magnifico iustorū apparatu, ad auum Adelbertum, terræ redita. Anno 1436

BVRGVNDIS *Principib. oriundi.*

.XXVI.

.1436. .1467. .31.

PHILIPPVS BONVS, *Decē*

PHILIPPVS PRIMVS, Ioannis

Burgun-

Burgundiæ Principis, & Margaretæ (Auunculi Amitæque Iacobę) filius: Mortua Iacoba, Hannonię, Hollandię, Zelandię, & Frisię Dominatum tenēs, ex tertia Vxore Isabella, Ioannis Regis Lusitaniæ filia, Ioanne & Iodoco bona ætate mortuis, Carolum anno Millesimo Quadringētesimo Trigesimoquarto natum, Amplissimi Dominatus seruauit Heredem.

& Sex Prouinciarum Potentissimus Dominus: Comitiorū (quæ) Aureā velleris (vocāt) primus sanctor.

Prima Michael, Caroli Sexti, Regis Franciæ filia: Altera Claudia. Ambæ sine prole mortuæ.

Bellis, genere, fama, statura ac forma, animi magnitudine, liberalitate, prudentia, consilio, religione, gloria & potētia, inter Principes Christianos facilè pręcipuus & celiberrimus, a morte Iacobę, Annos vnum & Triginta potitus rerū; Partibusq. Hamatorum Asellinorumque prudēter moderatis; Bru-
[illegible]nno [illegible]67 gis Anno Millesimo Quadringētesimo Sexagesimo septimo, morbo correptus, 17. Calēd. Iulij, discessit e vita. Vbi, filij iussu omnibus vbiq. simul Prouincijs indictis exequijs, in Sacra D. Donatiani Æde more Regio magnificentissimè parentatus, aliquamdiu relictus est: Tandem incredibili & augustissimo

mo cęrimoniarum ritu, Anno Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo tertio, vnà cum Isabella Coniuge, Regio seruandus Mausolco in Burgundiã, ad Digionesem * Cartusiam delatus.

** Cartusia hæc à Philippo, Philippi Leardi Burgundiæ Reguli filio, Principis nostræ Iacobæ Auunculo, fundata, cum luxu ædificiorũ, tum Regulorũ Mausoleis Nobilißima est.*

.XXVII.

.1467. .1477. .9.

BELLICOSVS.

CAROLVS PRIMVS, Philippi Primi filius; Paternæ Dominationis Hæres & propagator, post Catarinę (Caroli Septimi, Regis Galliarum filiæ) sterile matrimonium; ex Elisabeta Caroli Borbonij Reguli filia, Mariam Vnicam, maximi ac potentissimi Dominatus accepit Hęredem. Illa quoque mortua, nouo Margaretę Richardi Reguli Eboracensis filię, indulgẽs coniugio, mariti operam frustratus est.

Sororis Eduardi Quarti, Regis Anglorum.

Eloquio, ingenio, iustitia, moribus, cæterisque à Patre acceptis cum virtutibus tum opibus Clarissimus, Prouincias obiẽs, Ipse quorũlibet caussas stato die

to die audire, ac decidere solitus erat.

Primo imperij sui anno, a Leodiensibus, quod Pōtifici suo Ludouico Borbonio rebellarent, victique aliquoties grauius insolescerent, acerbissimis bellis ac cladib. Vrbes eorum ac agros sępe depopulatus, seueras rebellionis temeritatisque pęnas exegit.

Emtum anno Millesimo Quadringētesimo Septuagesimo secūdo, ab Arnoldo Regulo, Geldriæ & Zutphaniæ Dominatū, (pręcipuis Vrbib. expugnatis) violētis armis imperio suo adiecit.

Lotharingiā, Anno Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto, bello partā, (postquā ab Heluetijs grauissimè erat attritus) a rebellione vindicaturus, Decimo Dominationis an-
no 77 no, qui Septuagesimusseptimus erat supra Millesimum Quadringentesimum; Nonis Ianuarij, apud Nancium (fędissimè amisso exercitu) inter alios cęsus, ac tertio demum die, armis omniq. ornatu spoliatus, pronus glaciei adherescere inuentus, Nancij, in Æde D. Nicolao sacra, honorificè humatus est. Nancy/ *Lotharingiæ Metropolis, ad Mosellam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

.XXVIII.

.1477. .1482. .5.

CHARLESIA.

MARIA, Caroli Primi filia, Maximiliani Auſtrię Reguli Vxor; Peperit Philippum Dominatus Hęredem, Margaretam, Et Franciſcum in cunis mortuum.

Annos quinque dominata, grauiſſimè Hamatis cum Aſellinis paſſim diſſidentibus; Anno Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo ſecūdo, apud Flādros, corpus animumq. venatione exercens, equo excuſſa, nō multo poſt, caſus vulnere, ſuppurationeque, Sexto Calend. Aprilis deceſſit e vita: in Sacra D. Donatiani Æde auguſtis exequijs, apud Brugenſes terrę reddita.

.1482. .1494. .12.

Maximilianus *Vnicus Frederici Tertij. Imperatoris filius.*

MOrtua Maria, MAXIMILIANVS Auſtrius, poſtmodum Rex & Imperator Romanorum, ad annum vſq. Milleſimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Anno 1494 lesimum Quadringentesimum Nonagesimum quartum, filio Philippo Hæreditate obuenientes rexit Prouincias. Nefarijs interim Hamatorum Asellinorumque seditionibus miserè vexata Hollandia: Gallos, Flandros & Traiectenses, inter alios maximè rebelles aut importunos, acri contentione bellorũ superauit. Anno Millesimo Quingentesimo Decimo nono, Neapoli Austriç sepultus.

Vtricesienses.

Nieustadt.

.XXIX.

AVSTRIIS *Principibus oriundi.*

.1494. .1506. .12.

PHILIPPVS SECVNDVS, Mariæ & Maximiliani Primi Imperatoris filius, Rex Hispaniæ; Decimo & sexto ætatis anno, Hollandię, Zelandię & Frisiæ Aliarumq. Prouinciarum acceptis habenis, Anno Millesimo Quadringẽtesimo Nonagesimo quinto, Ioannæ Ferdinandi Regis Hispanię filiæ, matrimonio iunctus; suscepit, Carolũ

Anno 1495

Imperatorem, Regem & Regulum Hęredem, Ferdinandum item Imperatorem, Regem Hūgariæ & Bohemię; Helionaram, Iſabellam, Mariam & Catarinam; Omnes maximis Chriſtiani Orbis Regibus nuptas.

Annos duodecim, Prouincias magna pace tranquiilitateq. florētes moderatus; Anno Milleſimo Quingēteſimo Sexto, Sexto Calend. Octobr. Burgis Granatę, morte (vt fertur) oblata decedens; Amerſflori apud Cartuſiēſes Religioſos, in Sepulcro conditus. A. 151

.1506. 1515. .9.

MOrtuo Philippo, Soror eius MARGARETA, communi omnium cōſenſu, Caroli Nepotis ſui nomine, Regna Prouinciaſq. adminiſtrandas ſuſcepit. Anno Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo, Brugis iuxta Matrem ſepulta.

.XXX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

.XXX.

.1515. .1549. 43.

CAROLVS SECVNDVS, Philippi Secundi filius, Romanorum Imperator, Rex Hiſpaniæ : Anno Milleſimo Quingẽteſimo Decimo quinto, Trigeſimus Prouinciarum Dominus inauguratus, ex Iſabella, Regis Luſitaniæ filia, ſuſcepit; Philippũ Regẽ Hiſpaniæ, Maximilianum bona ætate mortuum, & Annam Maximiliano 2. Imperatori nuptam.

Anno 1549 Annos Quadraginta tres dominatus, Prouinciarũ habenas, Anno. 1549. Philippo filio tradidit. Milleſimo Quingẽteſimo Quinquageſimooctauo Anno, Sepultus Granatæ.

.XXXI.

.1549.

PHILIPPVS TERTIVS, Caroli Secundi filius: Rex Hiſpaniæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

HVCVSQ VIRI AMPLISSIMI; AB ANNO SCILICET OCTINGENTESIMO SEXAGESIMOTERTIO, A CHRISTO SERVATORE NOSTRO NATO, AD VSQVE ANNVM MILLESIMVM QVINGENTESIMVM QVADRAGESIMVM NONVM, PER ANNOS SEXCENTOS OCTOGINTA SEX: Principũ Noſtrorũ (Quos Comites vocant) Catalogum & Genealogiam, qua potui fide cõtexui atq. deduxi: Historiã qualemcunq. ex quo Philippo Primo ceſſit Ampliſſimus & Nobiliſſimus hic Patriæ Noſtræ Dominatus, gratiori ſtylo pollentib. (dum ad alia propero) proſequẽdã relinquens. Addidi Obſeruationũ mearum Indices aliquot, aut Catalogos breuiores, quos cũ Amplit[i]. V[æ]. tum Alijs Viris Illuſtrib. ſpero futuros gratiſſimos.

CON-

CONIVGVM NOBILISSIMARVM; REGVLORVM HOLLANDIÆ; ZELANDIÆ ET FRISIÆ CATALOGVS.

.I.

THEODORICI PRIMI CONIVX.

GENA, Pipini iunioris Regis Italiæ (filij Caroli Magni, Imperatoris, & Regis Galliarum) filia: Aliquantò post mariti exequias, Anno Nongentesimo Quarto, circa Idus Ianuarij, Egmondæ sepulta. .1.

.II.

THEODORICI SECVNDI.

HILDEGARDIS, Ludouici Regis Galliarum filia: Paulo ante cõiugem, Anno Nongentesimo Octuagesimo .2.

 gesimo

geſimo octauo, circa Idus Aprilis, Egmondæ ſepulta.

.III.

ARNOLDI.

.3. LVTCHARDIS, Imperatoris Conſtantinopolitani filia; Theophaniæ Vxoris Othonis Secundi, Imperatoris Soror. Egmondæ ſepulta.

.IIII.

THEODORICI TERTII.

.4. VITILHILDIS, filia Othonis secūdi, Imperatoris, Saxoniç Principis; (Nō ex Conſtantinopolitani Imperatoris, ſed Reguli Auſtriç filia (ſecūdis nuptijs) progenita) poſt mortē mariti, in Saxoniam reuerſa.

Auſtriæ Reguli, non Archiduces, ſed Marchiones erant.

(.V.

THEODORICVS QVARTVS.

ANno Milleſimo Quadrageſimo octauo, Dordraci Cælebs occiſus.)

.V I.

FLORENTII PRIMI.

GERTRVDIS, Heymanni Saxoniæ Reguli (Fratris Henrici tertij Imperatoris) filia: A morte Florētij Roberto Frisio nupta: Anno Millesimo Centesimo Decimo tertio, Furnis,) in Flandria) sepulta. .6.

Te Voerne in Vlaenderē/bi Nieupoort.

.V I I.

THEODORICI QVINTI.

VITILHILDIS, Frederici Reguli Saxonum filia: Egmondę sepulta. .7.

.V I I I.

FLORENTII SECVNDI.

PETRONELLA, Theodorici Reguli Saxonum filia, Lotharij Secundi, Imperatoris Soror: Mulier pientissima, quę Benedictinis Virginib. Monasterium illud Augustum cumprimis & opulentū, in fundo Castri sui Reynsburgensis extruxit: Anno Millesimo .8.

Monasterium Reynsburgense.

Cen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Centesimo Quadragesimoquarto, Decimo Calend. Iunij, a Theodorico filio religiosis exequijs ibidem sepulta.

.IX.

THEODORICI SEXTI.

.9. SOPHIA, Othonis Rymegensis, Comitis Palatini Rheni filia, Vitæ sanctimonia ac miraculis Nobilissima: Compostellam, ac tertio Hierosolymã profecta, ibidem Anno Millesimo Cẽtesimo Septuagesimosexto, in Germanico Xenodochio sepulta.

.X.

FLORENTII TERTII.

.10. ADA, Regis Scotię filia: Anno Millesimo Ducẽtesimo Octauo, circa Nonas Ianuarij, Middelburgi sepulta.

.XI.

FLORENTII SEPTIMI.

.11. ADELHEYDIS, Theodorici Cliuorum Reguli filia.

.XII.

.XII.

ADA.

ADA, Theodorici Septimi, Hollādiæ Reguli filia; a Guilielmo Patruo in Theſſelam relegata: Non multa poſt, in Middelburgēſi Monaſterio honeſtè ſepulta. .12.

.XIII.

GVILIELMI PRIMI.

ADELHEIDIS, Othonis Geldriæ Reguli filia: Anno Milleſimo Duceteſimo Decimo octauo, Reynſburgi ſepulta. .13.

MARIA, Edmōdi Lancaſtri Reguli (filij Henrici Tertij Angliæ Regis) filia. .13. .14.

.XIIII.

FLORENTII QVARTI.

MACHTILDIS, Henrici, Lotharingiæ & Brabantiæ Reguli filia: Eximię ſanctitatis: Auia trecentorū .14.

& ſex-

& ſexaginta quinque nepotũ, vno partu in lucem ſuſceptorum. Looſduni in ſuo fundo, Virginibus Ciſtercienſibus opulentum extruxit Monaſterium: Ibidẽ Anno Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimo ſeptimo ſepulta.

Monaſterium Looſdunenſe.

.X V.

GVILIELMI SECVNDI.

.15. ELISABETA, Reguli Brunſuicẽſis filia: Anno Milleſimo Ducenteſimo Quinquageſimo primo, Middelburgi in Præmonſtratenſi Monaſterio ſepulta.

.X V I.

FLORENTII QVINTI.

.16. BEATRIX, Guidonis Dãpetri, Flandrię Reguli filia: Reynſburgi ſepulta.

.X V I I.

IOANNIS PRIMI.

.17. ELISABETA, Eduardi primi, Regis Angliæ filia: Mortuo Coniuge in Angliam

Eduardus hic paßim Primus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Angliam ad Patrem reuersa: Iterum Erfordiensi Regulo nupta.

vel Quartus vocatur.

.XVIII.

IOANNIS SECVNDI.

PHILIPPA, Reguli Lutzenburgensis filia, Valencenis, Anno Millesimo Trecentesimo Sexto, ad maritum sepulta. .18.

.XIX.

GVILIELMI TERTII.

IOANNA, Caroli Comitis Valesij filia; Philippi Valesij Regis Galliarū, & Caroli Reguli Alanconij Soror: Fontanellę monasterio (vbi a morte Coniugis quam religiosissimè vixit) Anno Millesimo Trecentesimo Quadragesimo secundo, sepulta. .19.

.XX.

GVILIELMI QVARTI.

IOANNA, Ioannis Tertij, Lotharingiæ, Brabātię, & Lutzenburgi Reguli .20.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

gulifilia: Poſt cæſum a Friſijs maritũ, in Brabantiã ad Patrẽ reuerſa, Venceſlao filio Regis Bohemiæ iterum nupta.

.XXI.

MARGARETA.

.21. MARGARETA, Soror Guilielmi Quarti; Ludouici Bauari, Imperatoris Vxor: Sepulta Valencenis.

.XXII.

GVILIELMI QVINTI.

.22. MACHTILDIS, Henrici Lancaſtri Reguli filia: Anno Milleſimo Trecẽteſimo Octuageſimo primo, Reynſburgi ſepulta.

.XXIII.

ADELBERTI.

.23. MARGARETA, Ducis Brigię filia; Anno Milleſimo Trecenteſimo Octuageſimo ſexto, in Sacrario Regię Hagenſis ſepulta.

MARGA-

MARGARETA, Adolphi Reguli Cliuiæ filia. In Dominicanorum Monasterio, Hagæ, magnificentissimè sepulta. .23. .25.

.XXIIII.

GVILIELMI SEXTI.

MARIA, Caroli Septimi, Regis Galliarum filia. .24.

MARGARETA, Philippi Leardi Reguli Burgundiæ filia, Quenauti, in Hannonia, apud Dominicanos sepulta. .24. .27. A Kenault.

.XXV.

IACOBA.

IACOBA, Guilielmi Sexti vnica filia, Hagæ in Aulæ Sacello sepulta. .25.

.XXVI.

PHILIPPI PRIMI.

ISABELLA, Ioannis Regis Lusitaniẹ filia: Anno Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo primo, Gesnoiæ, Monasterio Cartusiensi in Arte- .26.

sia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

ſia primum ſepulta; poſtmodū in Burgundia apud Digionem, eiuſdem Ordinis monaſterio, vnà cum Coniuge magnificētiſſimo Mauſoleo honorata.

.XXVII.

CAROLI PRIMI.

.27. MARGARETA, Filia Richardi, Reguli Eboracenſis: Eduardi Quarti, Regis Anglorum Soror.

Catarina & Iſabella Priores Caroli Cōiuges, Patre adhuc ſuperſtite mortuæ ſunt.

.XXVIII.

MARIA.

.28. MARIA, (ex Iſabella Caroli Reguli Borbonij filia) filia Caroli Primi: Maximiliani Imperatoris Vxor. Anno Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimoſecundo, Brugis in Sacra D. Donatiani Æde ſepulta.

.XXIX.

PHILIPPI SECVNDI.

.29. IOANNA, Ferdinandi Regis Hiſpaniæ filia.

.XXX.

.XXX.

CAROLI SECVNDI.

ISABELLA, Emanuelis Regis Lusitaniæ filia. .30.

Hæ Coniuges Regulorum, aut Ipsæ Principes, Ab Anno Octingentesimo Sexagesimo tertio, ad vsque Annum Millesimum Quingétesimum Quadragesimum nonum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

CATALOGVS GE

CLARANS, EX QVAM

busque Principibus, Principum Hol

proximè sint Oriundæ. D

FAMILIA ET GENVS.	
ANGLIÆ REGIS.	Filij Hērici tertij fili: Eduardi primi filia. Eduardi quarti sore:
AVSTRIÆ ARCHIDVCIS.	Frederici tertij, Imperatoris filius.
BAVARIÆ DVCIS.	Ludouici filius:
BORBONII DVCIS.	Caroli filia:
BRABANTIÆ DVCIS.	Henrici Lotharingæ Reguli filia: Ioannis Lotharingi Reguli filia: Antonij Lotharingæ Reguli filius:
BRIGIÆ DVCIS.	filia:
BRVNSVICI DVCIS.	filia:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

NTILICIVS, DE-
LLVSTRI GENTE, QVI-
ndiæ, Zelandiæ & Frisiæ Coniuges,
ter tantum collectus.

ONIVGES.	PRINCIPES.	ORDO.
aria:	Guilielmi primi:	.13.
isabeta:	Ioannis primi:	.17.
argareta:	Caroli primi:	.27.
aximilianus prim⁹, Imperator:	Mariæ:	.28.
douicus 5. Impera.	Margaretæ:	.21.
isabeta:	Caroli primi:	.27.
achtildis:	Florentij quarti:	.14.
anna:	Guilielmi quarti:	.20.
annes:	Iacobæ:	.25.
argareta:	Adelberti:	.23.
isabeta:	Guilielmi secundi:	.15.

BVRGVNDIÆ DVCIS.	Philippi Leardi fratis Regis Galliarum filia:
CLIVIÆ DVCIS.	Theodorici filia:
	Adolphi filia:
CONSTANTINOPOLITANI IMPERATORIS.	Theophanis filia:
EBORACI DVCIS.	Richardi filia:
FLANDRIÆ COMITIS.	Guidonis Dápetri fi
FRANCIÆ REGIS.	Ludouici filia:
	Philippi Valeſij Soro:
	Caroli ſexti filius:
	Caroli ſeptimi filia:
GELDRIÆ DVCIS.	Othonis filia:
GLOCESTRIÆ DVCIS.	filius:
HISPANIÆ REGIS.	Ferdinandi filia:
ITALIÆ REGIS.	Pipini iunioris, fil Caroli Magni filia:
LANCASTRI DVCIS.	Eduardi filia:
	Henrici filia:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

ONIVGES.	PRINCIPES.	ORDO.
Iargareta:	Guilielmi ſexti:	.24.
ıdelheydis:	Theodorici ſepti.	.11.
Iargareta:	Adelberti:	23.
utchardis:	Arnoldi:	.3.
Iargareta :	Caroli primi:	.27.
eatrix:	Florentij quinti:	.16.
Iildegardis:	Theodorici ſecũdi:	2.
oanna:	Guilielmi tertij:	.19.
oannes Delphinus Franciæ:	Iacobæ:	.25.
Iaria:	Guilielmi ſexti:	.24.
ıdelheydis:	Guilielmi primi:	.13.
Iunfredus:	Iacobæ:	.25.
oanna:	Philippi ſecundi:	.29.
Gena:	Theodorici primi:	.1.
Maria :	Guilielmi primi:	.13.
Machtildis:	Guilielmi quinti:	.22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

LOTHARINGIÆ DVCIS.	Henrici filia:
	Antonij filius:
	Ioannis filia:
LVSITANIÆ REGIS.	Ioannis filia:
	Emanuelis filia:
LVTZENBVRGI COMITIS.	Henrici filia:
	Ioannis filia:
PLATINI RHENI COMITIS.	Othonis Rimegenis filia:
SAXONIÆ DVCIS.	Othonis 2. Imper. filia:
	Hermanni filia:
	Frederici filia:
	Theodorici filia:
SCOTIÆ REGIS.	filia:
VALESII COMITIS.	Caroli fratris Regi Galliarum filia:

ONIVGES.	PRINCIPES.	ORDO.
achtildis:	Florentij quarti:	.24.
annes:	Iacobæ:	.15.
anna:	Guilielmi quarti.	.20.
bella:	Philippi primi:	.26.
bella:	Caroli ſecundi:	.30.
hilippa:	Ioannis ſecundi:	.18.
anna:	Guilielmi quarti:	.20.
phia:	Theodorici ſexti:	.9.
tilhildis:	Theodorici tertij:	.4.
ertrudis:	Florentij primi:	.6.
tilhildis:	Theodorici quinti	.7.
tronella:	Florentij ſecundi:	.8.
da:	Florentij tertij:	.10.
anna:	Guilielmi tertij.	.19.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Principes Vicarij, Regulorum Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ: quorum antè in Catalogo & Historia Regulorum, cum ratione annorum facta est mentio.

.1. GERTRVDIS, Florentij Primi Vxor. Theodorici Quinti.

.2. ROBERTVS Frisius, Flandriæ Regulus. Theodorici Quinti.

.3. GODOFRIDVS Gibbus, Brabantiæ Regulus. Theodorici Quinti.

.4. FLORENTIVS, Florentij Quarti filius. Florentij Quinti.

.5. HENRICVS, Brabantię Regulus. Florentij Quinti.

.6. OTHO, Geldriæ Regulus. Florentij Quinti.

.7. ADELBERTVS, Margaretę filius: Fratris Guilielmi Quinti.

.8. MAXIMILIANVS, Austriæ Regulus. Philippi Secundi.

.9. MARGARETA, Marię Charlesię filia. Caroli secundi.

Hollan-

Hollandiæ Administratores, a tempore Principis Iacobæ.

VALRAVIVS Brederodius: In expugnatione Gorcomij: Anno Millesimo Quadringẽtesimo Decimoseptimo cæsus. .1.

IACOBVS Gaesbequius: Quo Duce. Anno Millesimo Quadringentesimo Vigesimo quinto, Schoõhouia obsessa est. .2.

FRANCO Borsaliensis: Anno Millesimo Quadringẽtesimo Vigesimo octauo, a Philippo Primo, constitutus. .3.

HVGO Zãctes: Anno Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo quarto, constitutus. .4.

GVILIELMVS Laleynius. Ab officio remotus. .5.

GOSVINVS: Anno Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo quarto, ob crimen nefarium capite plexus. .6.

IOANNES Lanoius: Anno Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quinto, ad- .7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

to, adminiſtratione priuatus.

.8. LVDOVICVS Gruythuſius: Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Sexageſimo quinto, conſtitutus.

.9. VOLFARDVS Veriẽſis: Comes Groteueldius.

.10. IODOCVS Laleynius: Qui Anno Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo tertio, in obſidione Traiectenſi occubuit.

.11. IOANNES Egmondanus.

.12. HENRICVS Naſſouius.

.13. ANTONIVS Hoochſtratanus: Mortuus Anno Milleſimo Quingenteſimo Quadrageſimo.

.14. RENATVS Chalonius: Princeps Auriacus, Comes Naſſouiæ.

.15. LVDOVICVS Flandrius: Dominus Pratenſis.

.16. MAXIMILIANVS Verienſis: Mortuus Veræ. Anno Milleſimo Quingẽteſimo Quinquageſimo octauo.

.17. GVILIELMVS: Princeps Auriacus, Comes Naſſouiæ.

REGV-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

REGVLI HOLLANDIÆ, FRISIIS MAXIME INFESTI.

1. Theodoricus Primus.
2. Theodoricus Secũdus.
3. Arnoldus.
4. Theodoricus Tertius.
7. Theodoricus Quintus.
8. Florentius Secundus.
9. Theodoricus Sextus.
10. Florentius Tertius.
11. Theodoricus Septim⁹
15. Guilielmus 2. Impera.
16. Florentius Quartus.
17. Ioannes Primus.
20. Guilielmus Quartus.
23. Adelbertus.

REGVLI HOLLANDIÆ, TRAIECTENSIBVS MAXIME INFESTI.

4. Theodoricus Tertius.
7. Theodoricus Quintus.
9. Theodoricus Sextus.
13. Guilielmus Primus.
17. Ioannes Primus.
20. Guilielmus Quartus.
22. Guilielmus Quintus.
23. Adelbertus.

REGVLI HOLLANDIÆ, FLANDRIS MAXIME INFESTI.

10. Florentius Tertius.
11. Theodoricus Primus.
15. Guilielmus 2. Impera.
16. Florentius Quintus.
18. Ioannes Secundus.

Hi ferè ſunt, quos cum Friſijs, Traiectenſibus, & Flandris congreſſos, refert Catalogus: Alij Alios annumerabunt.

REGV-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

REGVLI HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ, ET FRISIÆ OCCISI.

.1. *Arnoldus:* a Frisijs ad Winkelmade occisus.
.5. *Theodoricus* Quartus: Dordraci occisus.
.6. *Florentius* Primus. ab Hermanno Cuiquensi occisus.
.14. *Florentius* Quartus: a Claremontano Regulo occisus.
.15. *Guilielmus 2. Imperator:* a Frisijs ad Hoochtwoudam occisus.
.16. *Florẽtius* Quintus: a Gerardo Velseno occisus.
.20. *Guilielmus* Quartus: a Frisijs ad Stauerenum occisus.
.27. *Carolus* Primus: ad Nancium occisus.

Loca Sepulchris Principum Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ, clara.

EGMONDENSE MONASTERIVM.
- Theodorici Primi, & Genę Vxoris. .1.
- Theodorici Secũdi, & Hildegardis Vxoris. .2.
- Arnoldi, & Lutchardis Cõiugis. .3.
- Theodorici Tertij. .4.
- Theodorici Quarti. .5.
- Florentij Primi. .6.

Theodo-

ANTIO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

ANTIOCHENVM TEMPLVM D. PETRI.	Florentij Tertij.	.10.
NANCIENSE TEMPLVM D. NICOLAI.	Caroli Primi.	.27.
BRVGENSE TEMPLVM D. DONATIANI.	Mariæ.	.28.
GRANATENS	Caroli Secundi, Imperatoris.	30.

OMnia compoſita diſſoluuntur, & ad interitum veniunt: Nihil eorum quæ mixta contretaque ſunt, ſemper eodem ſtatu manet: Exiguum ad tempus, bullarum inſtar, ſpiritui noſtro circumiectum eſt corpus: Mox autem extinguimur; nullo in vita huius tumoris relicto veſtigio. IN COLVMNIS ET LAPIDIB. ET TITVLIS MONVMENTA, AC NE ILLA QVIDEM SEMPITERNA MANENT. *Nazianz. Orat. de Paup. amand. & benig. complectenda.*

FINIS.

Errata.

Pag. 29. Auenienſis Ioannes: eſt Ioannes, Ioannis Auenienſis filius. Pag. 39. pro. 1773, 1377. Alia Lector beneuolus beneuolè, corrigat.

P. C. B. G.

NE VITA TRAGOEDIA.

Extant Lugduni Batauorum, apud Simonem Pauli, Bibliopolam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 J 23 [1]